

1291.  
Cruce signatis  
preligata  
dies.

generale passagium Cruce signatis, & Cruce signandis omnibus duximus prefigendum) humiliter accepit, semetipsum exponere sui Redemptoris obsequiis Terrae praefatae personaliter subveniendi disposuit, negligens natalis soli dulcedinem, praetermittens Regni sui terrarumque divitias, spernens delicias, & gloriam inibi dominandi. Non igitur cunctemini amplius praedicti gloriosi vexilli dominici characterem insignia mercare, felici commercio perpetuam post defunctionem corporis ex ignominio perpetuitatis comparatione, vix momentaneo labore, quietem, & permutatione constuta terrena pro coelestibus commutantes, transitoria pro mansuris, temporalia pro aeternis.

Indulgentia  
pro d. Cruce  
signatis vel  
auxilium aut  
subsidium sub-  
ministrabitur.

§. 4. Ceterum licet ad excitandos vestros animos in Terrae memoratae succursam, sufficere debeat solers attentio praemissorum, ut tamen ejusdem Terrae negotium eo libentius, eoque ferventius proficere studeatis, quo potius fructum ex vestris laboribus vos noveritis percepturos: Nos de Omnipotentis Dei misericordia, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus, auctoritate confisi, & illa, quam nobis licet indignis Deus ipse ligandi, & solvendi contulit, potestate, omnibus, qui vexilli dominici characterem insigniti, personaliter propriis sumptibus in praedictae Terrae subsidium proficisci curaverint, plenam suorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde contriti, & ore confessi, veniam indulgemus, & in retributione justorum salutis aeternae pollicemur augmentum. Eis autem, qui licet in alienis expensis, in propriis tamen illuc personis accesserint, & illis similiter, qui juxta qualitatem & facultatem suam, personas idoneas in expensis propriis destinabunt, quamvis personaliter ipsi non vadant, plenam suorum concedimus veniam peccatorum. Hujusmodi quoque remissionis & indulgentiae volumus & concedimus esse participes, juxta quantitatem subsidii & devotionis affectum, eos, qui licet non juxta qualitatem & facultatem suam, aliquem tamen, seu aliquas personas, in subsidium dicte Terrae propriis sumptibus destinabunt, vel de suis temporalibus bonis contribuent ad aliquas destinandas. Necnon omnes, qui ad subventionem ipsius Terrae, de bonis eiusdem aliqua ministrabunt, prout singulis divina fuerit inspiratione suggestum, aut alias ad promotionem praemissi negotii consilium & auxilium impenderit opportunum. Porro si forte aliquos eorum, qui cruce suscepta in jam dictam Terrae Sanctae subsidium proficiscendi laborem subierint, post arripitum iter hujusmodi, ex hac luce migrare contigerit, ipsos nihilominus plene percipere volumus indulgentiam praebitam. Personas quoque, familias & bona eorum, quos ad transferendum personaliter, vel juxta quantitatem & facultatem suam, personas idoneas destinandi, votum assumptae jam Crucis adstringit, ex nunc; quos vero suscipiendae Crucis de cetero votum obligabit ad idem, a die qua taliter Crucem assumpserint, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus; statuentes ut sub dioecesanorum defensione suorum consistant. Quod si eos aliqui indebite molestare praesumpserint, per dioecanos locorum, in quibus iidem molestatores fuerint, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescantur.

Indultum, quod non trahatur extra dioecesim ad iudicia.

§. 5. Praeterea, ipsis qui praedicto modo Crucem vel jam assumpserint, vel assument in posterum, indulgemus, ut per Sedis Apostolicae literas, vel Legatorum ejus (nisi forte illae quae ab eadem Sede obtenta fuerint, plenam de indulto hujusmodi fecerint mentionem) extra suas dioeceses non valeant conveniri, dummodo parati existant coram suis Ordinariis de se querelantibus respondere, quos per eosdem Ordinarios ecclesiastica censura defendi, cessante appellationis obstaculo, volumus ab iis, qui eosdem contra Indultum hujusmodi praesumpserint temere molestare.

Ufusurarium relaxatio.

§. 6. Si qui vero ipsorum ad praestandas usuras juramento teneantur adstricti, creditores eorum per dioecanos suos censura simili compellantur, ut juramentum hujusmodi penitus relaxantes, ab usura ulterius exactioe desistant. Si autem aliqui creditorum, eos ex tunc ad solutionem coegerint usurarum, ipsos ad restitutionem ipsarum per eosdem dioecanos simili volumus distractione compelli. Judaeos quoque ad remittendas ipsis usuras per secularem compelli praecipimus potestatem, & donec eas remiserint, ab omnibus Christianis fidelibus, quibus hoc per suos dioecanos denunciatum extiterit, tam in mercimoniis, quam in aliis, sub excommunicationis poena jubemus eis communionem omnimodam denegari.

Facultas petendi abolutionem ab excommunicationis sententia in certis casibus.

§. 7. Postremo, Cruce signatis & Cruce signandis eisdem volentes plenius providere; dioecanis ipsorum, ac nonnullis aliis, absolventi eos ab excommunicationis sententia in variis casibus, de quibus secundum facti exigentiam putavimus expedire; necnon dispensandi cum Clericis, qui cum a Canone, vel homine latam sententiam incurrisserint irregularitatis notam, immiscendo se divinis Officiis, contraxerunt, per has nostras literas plenam, & liberam concedimus facultatem.

Datum die 1. Augusti 1291. P. A. IV.

Datum die 1. Augusti 1291. P. A. IV.

XII.

Quod exhibeantur Ordini Fratrum B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, omnia legata, quae pro d. Redemptione non tamen certis personis relinquuntur.

Regulam huius Ordini dedit Innocentius III. Constit. XVII. Tom. III. Par. I. pag. 76. Et Constit. LXIX. ibid. pag. 134. nonnulla ei concessit Privilegia. Eiusque Fratribus, vivendi sub Regula S. Augustini facultatem dedit Gregorius IX. Constit. XLII. ibid. pag. 284. Tandem Regulam explicavit Clemens IV. Constit. XXV. ibid. pag. 462.

Nicolaus Episcopus, Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Episcopo Caesaraugustanae. Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ordinis supplicatio pro abdicando ejusmodi indulto.

EX parte dilectorum filiorum Magistri, Prioris, & Fratrum S. Mariae Redemptionis Captivorum, Barchinonen. Ordinis S. Augustini, fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum ipsi sua omnia, quae habent, reponant sollicito studio pro redemptione captivorum, qui detinentur ab inimicis nominis Christiani, exhiberi eis, quae pro redemptione captivorum hujusmodi, Christianis fidelibus relinquuntur, per districtum aliquem mandaremus.

Indultum de quo in rub.

§. 1. Nos itaque dignum reputantes, ut relicta hujusmodi exhibeantur Magistro, Priori, & Fratribus supradictis, fraternitati tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus pecuniam, terras, possessiones, & alia bona, quae generaliter Christi fidelibus relinquuntur pro redemptione hujusmodi faciendae, illis dumtaxat exceptis, quae certis & expressis personis in captivitate detentis, relicta vel dimissa esse noscuntur, Magistro, Priori, & Fratribus praedictis, per te vel per alium, aut alios facias exhiberi, detentores pecuniarum, terrarum, & bonorum praedictorum, ad exhibendum Magistro, Priori, & Fratribus praefatis, monitione praemissa, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellendo.

Derogatio contrariis.

§. 2. Non obstante si aliquibus a Sede Apostolica fuerit indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, quae de Indulto hujusmodi plenam & expressam non fecerint mentionem, sive qualibet alia Indulgentia dicte Sedis, cujuscumque tenoris existat, per quem effectus praesentium impediri valeat, vel differri, & de qua ejusque toto tenore de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis.

Datum die 5. Augusti 1291. P. A. IV.

Datum apud Urbem Veterem, Nonis Augusti. Pont. nostri Anno IV.

COELESTINUS V.

PAPA CXCI.

AN. DOM. MCCXCIV.



COelestinus Quintus, antea Petrus de Murrhone Monachus, filius Angeleri, patria Iserniensis, electus est in Romanum Pontificem Perusii die 5. Julii anno 1294. Consecratus est Aquilae die 29. Augusti anno eodem. Sedit in Pontificatu annum I. Mens. V. dies VIII. Die siquidem 13. Decembris anni 1296. habito Neapoli Cardinalium consensu se Pontificatu abdicavit: tandemque in Eremitio Fumonis pie obiit die 19. Maii 1296. Post ejus abdicacionem vacavit Sedes dies XI.



L

Approbatio Statutorum Congregationis Monachorum Coelestinorum Ordinis S. Benedicti, cum indulgentiarum, & gratiarum concessione.

Coelestinus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Honorio Patri Abbati Monasterii S. Spiritus de Sulmona Valven. Diocesis, ejusque Coabbatibus, ac Prioribus & Praelatis Monasteriorum, Prioratum, Ecclesiarum, Membrorum & locorum eidem Monasterio S. Spiritus subiectorum, eorumque Conventibus, Collegiis & Fratibus Ordinis S. Benedicti, praesentibus & futuris in perpetuum.

Pontificis Radium erga Ord. S. Bened.

Et si sanctos Ordines plantatos in agro sacrosanctae ac universalis Ecclesiae, dilectis filiis Honorio Patri Abbati Monasterii S. Spiritus de Sulmona Valven. Diocesis, ejusque Coabbatibus, ac Prioribus & Praelatis Monasteriorum, Prioratum, Ecclesiarum, Membrorum & locorum eidem Monasterio S. Spiritus subiectorum, eorumque Conventibus, Collegiis & Fratibus Ordinis S. Benedicti, praesentibus & futuris in perpetuum.

Confirmatio Statutorum Ordinis Coelestinorum.

§. 1. Cupientes igitur, ut circa praefatum Ordinem, hujusmodi nostrae caritatis affectus eniteat operis per effectum, Statuta, Constitutiones, instituta & ordinationes in eodem Ordine pro salute vestra facta, auctoritate Apostolica confirmamus, & canonicè in posterum faciendae volumus, & mandamus ex tunc inviolabiliter observari.

Exemptio ab omni jurisdictione pro Monasterio S. Spiritus de Sulmona, & ejus membris.

§. 2. Ac eundem Ordinem, necnon Monasterium S. Spiritus de Sulmona, & alia Monasteria, Ecclesias, Prioratus, Membra, & alia omnia loca dicto Monasterio S. Spiritus subiecta ubicumque consistentia, eidem Ordini incorporata, vel incorporanda in posterum eorumque personas ab omni prorsus jurisdictione, potestate, ac dominio Archiepiscoporum, & Episcoporum, & Abbatum omnium, in quorum Civitatibus, & Diocesis, ac Provinciis illa consistunt & consistent etiam in futurum, ac aliorum quorumlibet Ordinariorum, Praetorum, & Capitulum, seu Conventum, Monasteriorum, & Ecclesiarum, & personarum quarumlibet, prorsus eximimus, & etiam liberamus, & ea omnia, & singula libera, & exempta volumus perpetuo totaliter permanere. Exemptionum gratias, in illis ex vestris Monasteriis, quae prius per Sedem Apostolicam exempta fuerant, in suo robore nihilominus duraturis. Non obstantibus si Monasteria, Prio-

ratus, Ecclesiae, Membra, & alia loca praefata Diocesis Episcopis, vel aliis personis ad census aliquos teneantur, vel reperirentur forsitan esse aliquibus in aliquo obligata. Et in eo praecipue, quod Fratres d. Ordinis in S. Spiritus de Majella, & S. Spiritus de Sulmona Monasteriorum Conventibus constituti submissiones quasdam dilectis filiis Capitulo Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, de facto, sive de jure fecisse dicuntur, quas submissiones sub quacumque verborum concessione, vel expressione confectas, necnon & praefatos census de plenitudine potestatis energramus, cassamus, irritamus omnino, & viribus carere decernimus, & nullius ex nunc existere firmitatis, ita quod praetextu earundem submissionum ac censuum aliquorum, tui filii Pater Abbas, tuique successores, & Fratres, ac persona Monasteriorum, & locorum aliorum vestrorum praedictorum, a quoquam de cetero nequeant molestari, vosque vestrosque successores, ac Monasteria, & loca in perpetuum nolumus molestari.

Celebratio Capituli generalis, & electio Abbatis.

§. 3. Et quia inter alia quae immunitates sapiunt, de praecipuis casibus arbitramur hoc esse necessarium, ut de substitutione futuri Abbatis, tui filii Abbas S. Spiritus, quem Patrem Abbatem ceteris tuis Coabbatibus & Praelatis & Fratibus tibi subiectis, praesentibus & futuris perpetuo stabilimus, praecipue ordinamus, & praesenti decreto statuimus, annis singulis in majori vestro Monasterio, vel in alio loco vestri Ordinis, ubi vobis expediens visum fuerit, fiat Capitulum Generale, ubi vestri Ordinis & locorum, secundum B. Benedicti Regulam, facta tractentur. Praesidentes vestri Capituli celebrandis, & Visitatores vestri, locorumque vestrorum constituantur in illo, secundum vestri Ordinis instituta. Ubi volumus & districte praecipimus observari, quod Pater Abbas singulis trienniis in Generali Capitulo sponte suam offerat, & exhibeat cessionem. Nisi forte dictus Pater Abbas ante tempus hujusmodi in aliqua de gravioribus culpa Visitatoribus, vel alias legitime deprehensus amotionem in dicto Capitulo mereatur. Quod si idem Pater Abbas, vel cesserit, aut amotus extiterit, idem Capitulum statim, & absque temporis intervallo ad Patris Abbatis substitutionem procedat, & juxta formam in Regula traditam debitos constituat Electores. Qui sub conclavi positi, antequam cibum & potum sumant, de Abbate cedente, (si eum utilem esse putaverint) vel de alia persona Monasteriorum & locorum vestrorum per electionem canonicam praedicto Monasterio S. Spiritus provideant de Abbate. Qui quidem Abbas, nulla super hoc a Sede Apostolica confirmatione petita, vel obtenta, eo ipso sua administrationis officium habeat, & illud tamquam Pater Abbas, prout ad eum pertinet, libere exequatur.

Abbas benedictus.

§. 4. Ac idem electus, si alias non extiterit benedictus, benedictionis suae munus a quocumque maluerit Catholico Episcopo, gratiam & communionem Apostolicae Sedis habente recipere studeat, illudque sibi dictus Episcopus (si divinam ultionem evitare voluerit) gratis

gratis impendat. Alioquin praedictum electum, ut praemittitur, in executione suae administrationis, in ordine tamen Sacerdotii volumus permanere.

Subrogatio alicuius Priori de iure, durante officio.

§. 5. Et si dictus Pater Abbas infra annum forte decederet, Prior vel Superior dicti Monasterii S. Spiritus, & Visitatores etiam, curam & administrationem ac custodiam dicti Monasterii S. Spiritus gerant & habeant usque ad tempus Capituli Generalis, ubi secundum praemissum modum dicto Monasterio provideri debeat de Abbate.

Ordinis protectio, sub Sede Apost.

§. 6. Nosque volentes, vos & bona vestra, paternis favoribus confovere; personas vestras, & loca, in quibus estis divino obsequio mancipati, cum bonis vestris omnibus sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti patrocinio communitus.

Ordo approbatur in d. Monasterio & aliis.

§. 7. In primis siquidem statuentes, ut praefatus Ordo in eodem S. Spiritus, & aliis Monasteriis, Prioratibus, locis, & membris vestris, praesentibus & futuris, perpetuis temporibus inviolabiliter observetur. Et quascumque possessiones, & bona quae praefatum Monasterium S. Spiritus, cum Monasteriis & locis suis in praesentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis (praestante Domino) poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus illibata maneat, & quietas, in quibus hac propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet, locum ipsum, in quo praefatum Monasterium situm esse dignoscitur, cum omnibus pertinentiis suis, Monasterium S. Joannis in Plano, Nucerinae Diocesis; Sancti Spiritus de Majella; S. Petri Valisbonae; S. Spiritus de Buclano; S. Spiritus de Ortona; S. Spiritus de Lanzano, Theatinae Diocesis; S. Eusebii de Urbe; S. Mariae in Pizano; S. Salvatoris de Civitate Pennenti, Pennensis Diocesis; S. Mariae de Collemadio, juxta Aquilam S. Spiritus de Isernyia; S. Mariae de Trecento; S. Mariae de Anglohe, Treventinae Diocesis; S. Spiritus juxta Venafrum; S. Spiritus Alifanensis; S. Antonii de Campania, Ferentinatis Diocesis; S. Antonii Anagninae Diocesis; Prioratus S. Joannis de Aquasanta; S. Mariae inter Montes, S. Georgii de Rocha Morici, & Sancti Petri de Monte plano; cum Ecclesiis, Capellis, Decimis, & grangiis, pratis, vineis, terris, sylvis, nemoribus, usagiis, & piscuis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, vis & semitis, iuribus, libertatibus, & immunitatibus, fructibus, & universis obventionibus eorumdem.

Exemptio a Decimis.

§. 8. Sane de fructibus terrarum & possessionum vestrarum, ac etiam novarum, quae propriis manibus & sumptibus colitis, vel per homines vestros, aut alios excoli facietis, in propriis praediis seu etiam alienis, sive de hortis & piscationibus vestris, vel de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere praesumat; a quarum praestatione vos totaliter liberamus. De decimis namque quae subsidio Dominorum temporarium de mandato Sedis Apostolicae a Clericis, & personis ecclesiasticis in Italiae partibus pro

tempore exiguntur, circa vos, & vestra Monasteria & loca, sic volumus observari, quod vobis pro singulis vestris Monasteriis, cum grangiis & pertinentiis eorumdem, pro decimis praedictis singulos florenos auri plene solventibus, ad solutionem majorem, vel aliam, pro praedictis decimis faciendis, vos & Monasteria, Prioratus, Ecclesias, Grangias, & loca vestra omnia decernimus non teneri, & excommunicationum, suspensionum, & interdicti sententias contra vos, & in praedicta loca quavis auctoritate in contrarium proferendas, ipso facto aliquatenus non tenere.

Facultas recipiendi quoscumque etiam aliter religionis.

§. 9. Liceat quoque vobis Clericos seculares vel Religiosos, quoscumque Religionis existant, vel Laicos quoscumque, qui Mundi relicti illecebris, ad vos & loca vestra convolverint, ad Ordinem vestrum in locis vestris recipere, ac eos absque contradictione aliqua retinere. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, literis sive indulgentiis Apostolicae Sedis super hoc cuicumque Ordini, vel Religioni, seu personis quantumvis exemptione, vel immunitate gaudentibus, sub quavis forma verborum concessis.

Prohibitio discedendi ab Ordine.

§. 10. Prohibemus insuper, ut nulli Fratrum vestrorum post factam in Monasterio vestro, vel in aliis locis vestris ejusdem Ordinis professionem, fas sit sine Abbatis sui licentia Ordinem ipsum relinquere, & ad locum Religionis alterius, vel ad Ordinem alium se transferre. Discedentem vero aliter nullus quuscumque Religionis, vel status existat, audeat retinere. Quod si secus factum fuerit, tam discedens, quam is, seu illi, qui ipsum talem receperint, si requisiti eum a se non reiecerint infra mensem, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant.

Prohibitio alienandi stabilia absque consensu Capituli.

§. 11. Illud quoque districtius inhibentes, ne tui filii Pater Abbas, vel aliquis ex Praelatis vestris, terras seu quaslibet possessiones d. Monasterii S. Spiritus, vel membris ejus a Christianidelibus collatas, vel in posterum conferendas, aut successores tui, dare, vendere, distrahere, aut alienare absque consensu totius Capituli Generalis, aut majoris, vel sanioris partis, & in casibus a jure permisis, modo quolibet praesumat. Quod si secus factum fuerit, alienationes hujusmodi, ex nunc irritas esse, & tam concedentes, quam ipsos recipientes, singulos eorum videlicet excommunicationis; Collegia vero & universitates interdicti sententias si forte requisiti a vobis bona praedicta alienata taliter restituere noluerint infra mensem, ipso facto volumus subiacere.

Fidejubenam & mureo recipiendi.

§. 12. Ceterum ne aliquis Monachus, vel Conversus, in Monasteriis, & locis vestris professus, absque consensu & licentia proprii Abbatis, seu majoris partis sui Conventus, pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo recipiat, quoquomodo districtius inhibemus. Quod si secus factum fuerit, Abbatem, & Conventum praefatos ad haec teneri nolumus & fideiubentem, & recipientem pecuniam mutuatam, eo ipso volumus vinculo excommunicationis astringi.

Monachi ceteri nequeant ad aliam.

§. 13. Inhibemus etiam, ne aliquis Episcopus, vel quaevis alia persona, spiritualem, vel aliam



Facultas alia Monasteria constituendi.

Priorum libertas consuetudinis electioni.

Abbas facultas benedicendi Populum vasaque & paramenta Ecclesiarum.

Primusque lapidem ponendi in Ecclesiis aedificandis.

Minores Ordines conferendi. Ad hoc Conc. Trid. sess. 7. c. 11.

Ordinarius nihil capit pro consecratione Ecclesiarum &c.

Monachi vero ad Ordines consecrandos

aliam jurisdictionem habens, vos ad Synodos, vel Conventus forenses, nec ad convocationes suas accedere, vel cum eis, intra vel extra Civitates vel terras, personaliter exire, aut suis Constitutionibus subjacere, seu Capitula, Scrutinia, & Inquisitiones in locis vestris, vel aliquid de vobis, vel de vestrorum aliquo facere, aut fidelitatem juramento firmatam, & mannalem obedientiam a vobis, aut Prioribus, & Superioribus vestris exigere.

§. 14. Seu etiam prohibere, ne ad Civitates, seu Villas, & ad loca quaelibet, ubi religiose, & honeste morari possitis, audeatis accedere, ibique pro vestris usibus Aedificia, Monasteria, Ecclesias, seu Oratoria ex permissione, & indulto nostro construere libere valeatis. Aut in accedentes Fratres, & Monachos vestros, seu constructores hujusmodi, vel receptores eorum excommunicationis vel interdicti proferre sententias. Aut alias Fratres vestros ire ad Conventus forenses, nec ad Monasteria, Ecclesias, Prioratus, seu membra, & loca vestra prefata causa celebrandi Ordines, aut tractandi causas, vel Conventus aliquos publicos convocandi, vobis in vitis venire praesumat.

§. 15. Nec regulares electiones Abbatum vel Priorum Monasteriorum, & locorum vestrorum impediatur, aut de instituendis aut removendis ipsis se aliquatenus intromittat. Quod si aliter praesumptum extiterit, venientem contra praemissa cujuscumque status, praerogative, dignitatis, vel conditionis existat, interdicti sententiae volumus subjacere.

§. 16. Liceat quoque tibi praedictae Pater Abbas, tuusque successoribus inter Fratres ejusdem Ordinis, & aliis ad Missas vestras convenientibus, benedictionem solemnem facere; dummodo ibi praesens non sit aliquis Episcopus, vel alia quavis persona superioris status, sicut sunt Patriarchae, vel Cardinales.

§. 17. Ac vasa, & alia paramenta ad cultum Divinum pertinentia; necnon in aedificandis Capellis, Ecclesiis, aut Hospitalibus primarium lapidem & fundamenta Pontificali more benedicere.

§. 18. Necnon omnes minores ordines Fratribus, & aliis familiaribus, & subditis, vestris, ascribi volentibus militiae clericali, vestra largitione conferre, & omnia alia facere, quae ad Abbates exemptos ipsius Ordinis in suis Monasteriis, & Ordinibus pertinere noscuntur.

§. 19. Pro consecrationibus vero Altarium, vel Ecclesiarum, aut pro Oleo sancto, vel quolibet Ecclesiastico Sacramento, nullus a vobis sub obtentu consuetudinis alicujus, aut alio quovis modo quicquam audeat extorquere; sed haec omnia vobis gratis, & liberaliter impendantur. Sit etiam in vobis liberum eadem a quocumque Catholico Episcopo, qui gratiam & communionem praedictae Sedis obtineat, licite recipere, qui nostrae auctoritate vobis, quod postulat impendat.

§. 20. Concedimus quoque vobis, ut si quem hujusmodi Episcopum, de quo plenam

notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo consecrationes Altarium, & Monachorum Ordinationes in sacris, ex permissione Sedis Apostolicae recipere valeatis.

§. 21. Porro cum generale terrae fuerit interdictum, in Monasteriis, Ecclesiis, & Oratoriis vestris, & aliis quibuscumque locis competentibus, si in terra sic interdicta consiterint, clausis januis, & interdictis exclusis, non pulsatis Campanis (submissa tamen voce) vobis liceat celebrare Divina, & Ecclesiastica recipere Sacramenta: Dummodo causam non dederitis interdicto, nec id contingat vobis per Sedem Apostolicam specialiter interdicti, neque Monasteria, Ecclesias, & Oratoria eadem alias fuerint ejusdem Sedis auctoritate specialiter interdicta.

§. 22. Illis vero, qui vestris immorantur obsequiis, aliisque omnibus Christi fidelibus propter hoc ad vos devote recurrentibus, ex permissione Apostolica, & indulgentia speciali, quas vobis hujusmodi Privilegii auctoritate concedimus, cuncta libere ministrare possitis Ecclesiastica Sacramenta, & ipsorum corpora, cum decedunt, in vestris Coemeteriis libere, & absque Dioecesanorum, vel aliorum Ordinariorum contradictione, & aliorum quorumlibet sepelire. Sepulturam siquidem vestram liberam esse decernimus, ita quod extrema voluntati decedentium, & illis qui se illis deliberaverint sepeliri, nisi forte excommunicati, vel interdicti fuerint, aut usurarii manifesti, nullus obstet. Et si quando in terras, in quibus residetis, vel earum personas, excommunicationis, & interdicti sententias contigerit promulgari, homines vestris servitiis insistentes, negotiorum quoque vestrorum gestores, & procuratores, oblati & operarii, qui in locis vestris cum eorum operibus personaliter insiterint, hujusmodi sententiae innoxii habeantur, nec praedicti sententiae sint ligati, ibique possint audire Divina juxta formam, quae locis ipsis, & in eocasu, in quo a Sede Apostolica est concessa, nisi praefata persona causam dederint interdicto, vel excommunicari specialiter, seu interdicti per dictam Sedem contingat eosdem.

§. 23. Insuper recipientibus Ordinem vestrum, & in eo facta professione, qui suspensionis, aut interdicti, vel excommunicationum sententiae, a jure vel ab homine promulgatis, generaliter & specialiter sunt ligati, absolutionis beneficium juxta formam Ecclesiae impartiri, ipsosque in Fratres, & Monachos recipere; dummodo in eodem Ordine perseverent eos, qui post assumptum habitum, vel professionem emissam, recoluerint, se talibus in saeculo fuisse sententiae innotatos, secundum formam eandem, tu fili Pater Abbas tempore tuo, & in posterum Successores tui auctoritate nostra de absolutionis beneficio providere, & dispensare cum eis super irregularitatibus, quas contraxerunt, vel contrahent, si talibus forsitan innotati sententiae, vel in locis interdicto suppositis divina praesumpserint officia celebrare, aut Ordines receperunt. Ita tamen, quod si aliqui hujusmodi sententiae propter debita sunt adstricti, in quantum possunt satisfaciant, ut tenentur.

Et celebrare tempore interdicti. Hoc revocavit Conc. Trid. sess. 24. c. 12.

Sacramenta ministrare, mortuosque sepelire.

Absolvere etiam intranctos Ordines.

Personae Ordinis non tenentur publicare interdictum &c. Revocavit Conc. Trid. sess. ult. cap. 12.

Neque Monasterium curam suscipere.

Facultas eis datur Ordines sporas censuris impetendi.

Habitus consimilis ceteris prohibetur.

tur. Vosque Abbates, & Priores parentibus oppressorum, cum ab eis fueritis humiliter requisiti, de poenitentis salutaribus juxta formam a Canonibus traditam providere salubriter valeatis.

§. 24. Sane quieti vestrae providere volentes, quod per literas Apostolicae Sedis, aut legatorum ejus, seu delegatorum Apostolicorum seu subdelegatorum ab eis conveniri a quocumque minime valeatis, Quodque nullus correctionis, seu visitationis, vel inquisitionis officium in Monasteriis, vel Ecclesiis, aut Prioratibus, membris, & locis vestris impendere, vel cognitiones causarum audire praesumat, nec subint inquisitoribus.

§. 25. Nullusque vestrum citationes partium, & denunciations sententiarum interdicti, vel excommunicationis facere in praedictis locis, aut recipere curam Monasteriorum, seu Religiosorum quorumlibet personarum minime teneamini, & ad id cogi non possitis invitari per literas dictae Sedis, vel Legatorum ejus, nisi eadem literae Apostolicae de indulto hujusmodi, & Ordine vestro, & de dicto Monasterio S. Spiritus de Sulmona fecerint mentionem, auctoritate vobis Apostolica indulgemus.

§. 26. Concedentes vobis nihilominus, quod si aliqui vestri Monachi, seu Fratres post obtentam licentiam a Sede Apostolica, vel a vobis, ad Religionem aliam transeundi, infra spatium trium mensium se ad illam Religionem suae salutis congruam non contulerint, & ipsius non susceperint habitum regularem, licite absque alia requisitione Ordinariorum, seu Dioecesanorum locorum, ubi reperti fuerint, ipsos tanquam Apostatas Monasteriorum vestrorum, & locorum, excommunicare, & incarcerare, ac alias rigori subdere vestri Ordinis disciplinae possitis per vos, aut alios, etiam in quocumque habitu eos contigerit inveniri; & invocare super hoc (si necesse fuerit) auxilium brachii secularis, quod tenore concessionis hujusmodi, per eos quos super hoc requiretis, sub obstaculo divini numinis volumus exhiberi. Insuper omnes Monachos, vel Fratres, quos a Monasteriis, vel locis vestris, eorum culpis exigentibus per vos, aut per vestros Vicarios expelli contigerit, & qui proprio suo motu de locis, vel Monasteriis ipsis exiverint, ad Religionem aliam absque hujusmodi licentia, vel ad saeculum, aut ad laicatum, tamquam canis ad vomitum rediens, convolabunt, ab omni promotione dignitatis, & administrationis Ecclesiasticae, seu secularis esse decernimus alienos. Praediciandi officium, audiendi etiam confessiones, ac docendi alios in quacumque facultate, potestate talibus Apostatis penitus interdicta.

§. 27. Inhibentes expressius, ne aliqua persona cujuscumque status, conditionis, vel Religionis existat, habitum vestrum, aut consimilem (nisi de Monasteriis, & locis vestris fuerint) deferre praesumat. Contra facientes per Dioecesanos locorum, eum a vobis super hoc fuerint requisiti, deponere habitum hujusmodi per censuram Ecclesiasticam, cujuslibet appellationis obice non obstante, arctius compellantur. Quod si iidem Dioecesani, vel Ordinarii Rom. Tom. III. Pars II.

dinarii id efficere malitiose forte ne glexerint, postquam a vobis vel nunciis vestris super hoc requisiti fuerint, in suspensionis laqueum incidant ipso facto.

§. 28. Adjicimus etiam, quod si aliquis in aliquo Monasterio, vel locorum vestrorum professus, ante ingressum suum in Religionem, aliquibus personis, Universitatibus, vel Collegiis, de quibus quorumque nominibus memoria penitus non habetur, in aliqua quantitate pecuniae, vel ad restitutionem aliquarum rerum esset obnoxius, illam & rerum restitutionem ab eo licite recipere, & in locis vestris, in quibus expedire videbitur, in usus utiles convertere valeatis, & hujusmodi satisfactionem impendens, a praerogativa satisfactionis alterius remaneat absolutus.

§. 29. Nullisque Religiosis, vel saecularibus, cujuscumque status, vel conditionis existant, liceat aliquorum corpora defunctorum vobis invitari (quod prohibemus) penitus in vestris sepelire Coemeteriis, nec in Monasteriis, Ecclesiis, Prioratibus, & aliis locis vestris Missarum solemniam, vel mortuorum officia celebrare.

§. 30. Nullisque ex vestris Monachis Fratribus, & conversis licitum sit cuiquam, absque Praelatorum suorum licentia, nisi Praelatis ipsis sua confiteri peccata.

§. 31. Concedimus quoque vobis, ut de iis, quae in ornamentis, vel pro eis, aut libris, fabrica, luminaribus, anniversario, septimo, vigesimo, trigesimo, sive aliis ad perpetuum cultum divinum, seu pro pitantiis, aut victu ad sustentationem vestram, vel indumentis, & calcamentis vestris, necnon pro annuis censibus redimendis, ad quorum solutionem aliqua Monasteria, Ecclesia, Prioratus, Membra, aliaque loca vestri Ordinis obligata forsitan viderentur, aut de iis, quae pro domibus, praediis, hortis, aliisque locis emendis vobis legantur; de oblationibus quoque, & obventionibus etiam, quas occasione funerum, & aliis, quae jure institutionis, seu successione, aut legati, vel relicti, aut fideicommissi ad vos, & Ecclesias, & loca vestra, pietatis intuitu devenire contigerit, nulli teneamini justitiam, seu portionem canonicam exhibere; & ad hoc vos decernimus aliquatenus non teneri.

§. 32. Ceterum cum felicis recordationis Innocentius Papa Quartus praedecessor noster olim duxerit statuendum, ut exempti quantacumque gaudeant libertate; nihilominus tamen ratione delicti, seu contractus, aut rei de qua contra ipsos agitur, rite possint coram locorum Ordinariis conveniri, & illi quoad hoc suam in ipsos jurisdictionem, prout jus exigit, exercere. Nos vobis, ut occasione constitutionis hujusmodi nullum libertatibus, & immunitatibus, seu Indulgentiis, vel privilegiis, vobis & Monasteriis, & locis vestris per nos (ut praemittitur) Apostolica auctoritate concessis, praedictum generetur, auctoritate vobis praesentium indulgemus.

§. 33. Propterea proponendi populo verbum Dei, & dandi omnibus vere poenitentibus,

Ordine proficentes quomodo de incertis debent satisfacere.

Omnimoda Ecclesiarum Ordinis libertas.

Personae Ordinis ejus Praelatis constituitur.

De oblationibus vel legatis nihil aliis solvantur.

Exemptio a jurisdictione Ordinariorum. Vide Concil. Trid. sess. 24. c. 11. & 14.

Praediciandi facultas.



*Vide Conc. Trid. sess. 24. c. 4.*

Confessione- que audiendi.

Campanam pulsandi.

Dispensandi cum intransi- bus Ordian.

Oblationes recipendi, etiam si sine bona feuda- lia.

Erprecipuum Monasterium ad libitum mutandi.

Pena pra- missis contra- ventum.

Annus reco- gno debita Sedis Apolt.

Dat. die 27. Sept. 1294. Pont. An. I.

bus, & confessis, qui hujusmodi praedicationi interesse voluerint quadraginta dierum Indulgentiam de injunctis eis poenitentis.

§. 34. Audiendi quoque confessiones, & injungendi poenitentias, & imponendi abso- lutionem debitam pro confessis; conferendi etiam Ecclesiastica Sacramenta, tam homini- bus & vassallis vestris, quam ceteris Christi- fidelibus.

§. 35. Necnon habendi, & pulsandi Cam- panas die, noctuque ad horas Canonicas, & quandocumque de vestra processerit volun- tate, absque cujusque contradictionis objectu.

§. 36. Dispensandi etiam cum Fratribus, seu Monachis ad vestra Monasteria, & loca- convolantibus, & ibidem degentibus, super irregularitatibus quibuscumque, etiam si prius eas fortasse contraxerint, quam praedicta lo- ca, & Monasteria intravissent, dummodo ex homicidii, vel mutilationis causa, irregula- ritates ipse minime sint contracta. Absolven- di etiam Fratres, & Monachos memoratos ab excommunicatione quacumque, etiam si ejus absolutio tantum sit sedi Apostolicae reserva- ta, plenam, & liberam vobis, filii Abbates, auctoritate Apostolica concedimus potesta- tem.

§. 37. Indulgemus etiam vobis, ut bona feudalia, vel alia quaelibet vobis oblata libere recipere valeatis, ac licite retinere, nulla constitutione, seu consuetudine contraria ob- sistente; aut etiam si loci Diocesanus bona ipsa pro decimis non solutus, aut praestatio- nibus aliis sibi, aut Ecclesiae suae afferat ob- ligata.

§. 38. Et quia mutatio temporum facti mutationem forte requireret, licitum sit vo- bis aliquod aliud de Monasteriis vestris, praesentibus aut futuris caput aliorum Monaste- riorum, & membrorum vestrorum (si expedi- diens fuerit) ordinare.

§. 39. Nos enim ex nunc decernimus ir- ritum, & inane quicquid contra tenorem- concessionum, constitutionum, indulgentia- rum, & inhibitionum hujusmodi, & capitu- lorum omnium, & etiam singulorum, quae superius sunt expressa, per quoscumque at- tentatum est, vel in posterum contigerit at- tentari. Et interdicti, suspensionum, & ex- communicationum sententias, si quas contra praemissa, vel aliquod praemissorum, in vos, vel in vestrum aliquem, sive aliquos, aut lo- ca vestra, seu benefactores vestros, aut exe- cutores, vel heredes, a quocumque cujus- cumque praerogativa dignitatis, aut honoris vel status existat, in posterum contigerit pro- mulgari, volumus eo ipso penitus non tenere.

§. 40. In signum vero perceptae libertatis vestrae, & subjectionis solius Romanae Eccl- esiae per nos vobis concessae, ut superius praemittitur, unam unciam auri solvendam an- nis singulis in Festo Nativitatis Domini, tam pro capite, quam pro membris vestris, no- bis & successoribus nostris Romanis Pontifi- cibus persolvatis.

Nulli ergo omnino hominum &c.  
Dat. Aquilae V. Kalendas Octobris, Pon- tificatus nostri anno I.

BONIFACIUS VIII.

PAPA CXIII.

AN. DOM. MCCXCIV.



**D**ie 14. Decembris anni 1294. electus est Neapoli in Sum- mum Pontificem Benedictus Caj- tanus, Anagninus patria, patre vero Luitfredo, illustri Cajetano stemmate ortus, qui fuerat antea Presbyter Cardinalis SS. Silvestri & Martini tituli Equitii. In Pontif- icem electus, Bonifacius VIII. voluit appellari: consecratus vero est, & coronatus Romae Mense Januario anni sequentis. Sedit in Pontificatu annos VIII. Mens. IX. dies XVIII. (a) imperantibus in Oriente Andronico, in Occidente vero Rodulpho, mox Alberto Re- gibus Romanorum. Obiit Romae die 11. Octobris anno 1303. & sepultus est in Basilica Sancti Petri. Vacavit Sedes dies XI.

Boni-

(a) Ab electionis die computatur.

Ex Archie- Angliae Ric- mer. Tom. II. pag. 667.

Reynaldus ejusdem, se- re tenoris li- teras Seno- nensis Archie- piscopo, ejus- que suffraga- nei datas re- fert ad ann. 1295. p. 7.

Exordium.

Dei assisten- tia Ecclesiae.

Quae tutior est, & constan- tior in adver- sitatibus.

Maximum Ecclesiae ma- lum, si pro- vident non habeat Pa- storem.

I.  
Bonifacius Papa Eduardum Angliae Regem- certiore facit de Coelestini PP. abdicat- ione, siveque in Pontificem electione.

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei. Carissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliae illustri salutem, & Apostolicam be- nedictionem.

**G**loriosus, & mirabilis in operibus suis Deus, qui, cum sit in miseri- cordia copiosus, in hujus orbis orbita, ple- na malis, confecta dissidiis, innumeras mi- serationes exercet; Ecclesiam suam, quam ipse summus Opifex rerum insituit, ac su- pra fidei firmam petram alia & solida fabri- ca stabilivit, opportunis favoribus prosequi non desistit.

§. 1. Assisit enim illi miserator, & pro- pitator assiduis, non obdormiens, nec dor- mitans, in suarum opportunitatum eventibus pervigil custos ejus. Ipse siquidem sibi est in turbatione solamen, in necessitate Suc- cursus; tumque maxime in adiutorium ejus sua pietas larga diffunditur, cum adversus il- lam mundi nebula tempore caligante le- vantur, quae inter molestias & afflictiones in- trepida colligens in vexatione vigorem, in ipsa malorum instantia convalescit; Nam, di- vino semper munita praesidio, nec commina- tionum strepitu deterretur, nec adversitatum superatur incursum, sed in terroribus tutior, & constantior in adversis, pressa praevalet, passa triumphat.

§. 2. Haec est arca, quae per consuen- tias & multiplicationes aquarum elevatur in altum, & sub actis culminibus montium, li- bera & secunda profundas impetuosus diluvii cal- cat undas. Haec est uti navis, quae, vento contrario irruente, strepentis maris furibun- dis motibus agitur; firma tamen & solida fragoribus non dissipatur aequoreis, nec ma- rini furoris rapiditate sorbetur; sed elatas pro- cellas obruens, ac spumosa & tumida freta sternens, triumphantes exequitur suae naviga- tionis incessus, quae ad vitalem crucis sal- vificae arborem rectae intentionis alis totali- ter elatis, in caelum semper intenta procel- losum intrepide mundi pelagus peragrat; Eo quod secum habet seduli gubernatoris auxi- lium, marium praepertoris; unde regente il- lo, & dirigente salubriter, ac Spiritu Sancto flante, adversitatum quarumlibet nebulis dis- sipatis, victoriosa peregrinationis suae liberum agit iter, ad patriam caelestis portum supernis nutibus feliciter perducenda. Cumque sic ad- versis innumeris prematur & turbetur Eccle- sia illa; in intimis ipsam acerbis fauciat, du- rissimisque ferit adversitas, cum Pastore pro- viso viduatur.

§. 3. Sed licet saepius Ecclesia eadem, Pastoris regimine destituta, longae viduitatis lamenta protraxit, expectando gemebunda- diutius consolationem plenariam successoris; in hujusmodi tamen maroris nubilo dignan Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

ter illi clementia divina illuxit, doloribus & necessitatibus suis opportune subveniens per substitutionem optatam & delectabilem novi sponsi; ac eam de amissione prioris, interdum inutilis, per promotionem celerem accom- modi successoris instaurans.

§. 4. Sane, vacante Romana Ecclesia- per liberam, & spontaneam Dilecti filii, fra- tris Petri de Murrone, olim Romani Pontifi- cis, cessionem coram venerabilibus Fratribus Episcopis, & filiis nostris Presbyteris, & Dia- conis Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, ex certis rationabilibus, & legitimis causis factam ab ipso in festo beatae Luciae Vir- ginis proximo praeterito, & a Cardinalibus praedictis admittam, cum illam posse legitime fieri, & priorum gesta Pontificum, & Consti- tutiones declararent apertius; & ad eam etiam faciendam expressis accesserit Cardinalium- praedictorum assensus;

§. 5. Cardinales ipsi considerantes atten- tius, quam sit onusta dispendiis, quam gravia- malorum incommoda secum trahat proluxa- Ecclesiae memorata vacatio; & propterea vo- tis, & ardentibus desideriis cupientes per effi- cacia, & accelerata remedia hujusmodi peri- culis obviare; die Jovis decimo calendae Jan- nuarii post festum subsequens praedictum, Mis- sarum solemnibus ad honorem Sancti Spiritus celebratis, hymnoque solito cum devotione- cantato, se in quodam conclavi apud castrum novum, Civitati Neapolitanae contiguum, ubi tunc idem Frater cum sua residebat familia, incluserunt, ut per mutui commoditatem- colloqui Ecclesiae praedictae provisio, super- na cooperante virtute, celerius proveniret. Die vero veneris immediate sequente pra- fati Cardinales, mentis oculis erectis ad Do- minum, pia desideria benignius prosequentes in electionis negotio, per viam scrutinii ferven- tibus studiis, ut praedicta vitarentur incommo- da, procedentes; & tandem cum divina cle- mentia Ecclesiae praebatae compatiens eam nollet ulterioris vacationis periculis subjacere, ad personam nostram licet immeritam, inten- tum animum dirigentes, quamquam inter eos quamplures magis idonei & digniores etiam- haberentur;

§. 6. Nos tunc Tituli Sancti Martini Pres- byterum, in summum Pontificem canonicè elegerunt, gravis oneris sarcinam nostris de- bilibus humeris imponendo. Nos autem, pro- funda & sedula meditatione pensantes difficul- tatem officii Pastoralis, continui laboris angus- tias, & praerellentiam Apostolicae dignitatis, quae sicut honoris Titulis altioris attollit, sic magnitudine ponderis deprimit gravioris; at- tendentes insuper nostrae simplicis imperfectio- nis instantiam, expavimus, & haesitavimus vehementer, nimioque concussus extitit stu- pore cor nostrum.

§. 7. Nam cum ad tolerandas particulares vigiliis vix possibilitas nostra sufficiat, ad universalis speculae sollicitudinem vocabamur, & intolerabile Apostolici ministerii jugum in- ferebatur instanter debilitatis nostrae cervici ju- giter supportandum; ac meritorem non suffulti praesidio ad suscipiendas Apostolorum Principis

Coelestini V. Summi Pon- tificis electionem narrat.

Electioem suam in sum- mum Pontifi- cem.

Swam expo- nit in acce- ptando Pon- tificatu du- bilitatem.